



**Ioannis Tollenarii Brvgensis e Soc. Iesv Specvlvm  
Vanitatis Sive Ecclesiastes Solvta Ligataq. Oratione  
Dilvcidatvs**

**Tollenauer, Jean de**

**Antverpiæ, 1635**

Ecclesiastes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68633)

obsequi, clementa famulari, spirare ventos, fontes fluere, grandescere messium copiam, fructus mitescere vinearum; & plura in eamdem sententiam. Christum vero ita nobis imitandum proponit Augustinus: Tu, ô Augustinus  
Christiane, de aduersario tuo æstuas, anhelas, festinas Serm. 1. de  
vindicari? Attende Christum medicum ægritudinis tuæ. Propter te pependit in ligno, & nondum est vindicatus; & tu vindicari desideras, & non potius talem ac tantum Magistrum imitari? Ideò pati voluit, vt tibi patientiæ suæ monstraret exemplum. Vide pendentem, & tibi languenti de suo sanguine medicamentum confidentem. Vide pendentem, & tibi de ligno tamquam de tribunali præcipientem, vt audias precantem, Pater, Luc. 23.  
*dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.*

## SECTIO DECIMA.

## ECCLESIASTES.

VERS. II. Ne dicas: Quid putas causæ est, quòd priora tempora meliora fuere, quam nunc sunt? Stulta enim est huiuscemodi interrogatio.

## METRICA PARAPHRASIS.

**Q**VAE plectra vatum, queve barbiti fides  
Docto canoræ pollice,  
Siluere priscis aureæ atatis decus  
Nomenque clarum fabulis?  
Quis non in illis ingenI expleuit sitim  
Mellis liquati riuulis?

*Quis*